



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De paradiso [et] lignis paradisi ca. xiiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**



tur in eo qui etiam paulatim extinguatur in eo: et dum moritur animal in aliqua parte corporis, adhuc sentit spiritus ille: cum in alia extinctus sit. Factus est autem homo in virili etate: mortalis et immortalis. id est potens mori et potens non mori. et anima corpori prius formato infusa. Sed queritur utrum in ipso corpore dum infundetur creata vel extra creata sit. et sit et datum naturaliter velle incorporari. Quicquid circa istam actum sit: de post creatis dicitur quod in ipsis corporibus dum infunduntur creantur.

De paradiso et lignis eius. **Ca. XIII.**

## Lantauerat au

tem dominus deus paradysum voluptatis a principio. Quasi queres ret aliqua. Remansit homo in loco ubi factus est: in agro scilicet damasceno: Non: ubi translatatus est. In paradysum quem de die tertia plantauerat. id est plantis aptauerat. herbis scilicet et arboribus insitum. a principio creatiois scilicet cum apparuit arida: et germinare terram fecit. Vel a principio. **Ca. prima orbis parte.** Unde alia translatio habet Paradysum in eden ad orientem. Eden hebraice: latine deliciae interpretatur. Ergo idem est paradysum voluptatis quod paradysum in eden. id est in deliciis. Sed a principio: idem est quod ad orientem. Est autem locus amenissimus longae terre et maris tractu a nostra habitabili zona secretus. adeo elevatus ut visus ad lunarem globum attingat. Unde et aquae diluuij illuc non puerunt. Est etiam paradysus celum empyreum. et dicitur spiritualis: quia regio est spirituum. Dicitur etiam spiritualiter paradysus vita beata vel ecclesia. Producitque deus in paradiso de humo diuersa ligna quibus delectaretur homo videndo: et sustentaretur edendo. Producit quidem. id est procul in altum ducit. vel produxit. id est pro homine duxit. In medio quorum tanquam digniora posuit lignum vite: et lignum scientie boni et mali. Dicitur est autem lignum vite ab effectu quem habuit naturaliter: ut comestum sepe perpetua soliditate hominem firmaret. ita ut nulla infirmitate vel senio vel angustate in deterius vel in occasum laberet. Lignum vero scientie boni et mali dicitur cum est ex eo quod secutum est eius comestione. Prius enim nesciebat homo quod esset malum. quia nondum expertus. Bonum enim dicimus sanitatem et firmitatem. malum vero egritudinem et imbecillitatem: que nondum senserat homo. Cogno-

uerat quidem ea per scientiam. quia ex vno contrariorum cognoscitur reliquum. sed non per experientiam ut medicus dum sanus est non cognoscit morbos. sed cum egrotat magis cognoscit. quia nouit et sentit. sicut de puero delicate nutritio dicitur. quia nescit quod sit malum. imo nondum nouit quantum sit bonum vel malum. Vel malum dicitur inobedientia boni obedientia. quia post comestione non ut quantum bonum erat obedientie. et quantum malum inobedientie. Plato non putans se posse puenire arboribus: quod sit lignum vite et lignum scientie boni et mali. ideo utriusque hoc dicitur homine dicitur existimauit. quia viuere. et est sciens bonum et malum. et dicitur ipsum vocatum lignum. id est corporeum: ad differentiam spirituum. id est angelorum: qui et viuunt et sciunt bonum et malum. In medio pro positum tradidit. quia homo est quasi medius inter creatorem super se positum et sensibilia sub se posita. Discretam pro illius bonis fuisse creationem a creationibus hominum reliquorum dixit per illa duo addita: vite et scientie boni et mali. Sicut et in samia figura. id est pythagorica qui de samo insula fuit: prius est triscus integer. et post in summo biuivum: sic homo modo in primis etatibus quasi tantum viuere. non utens viribus ad intelligentiam datus. Sed cum uenerit ad annos discretiois. tunc discernit inter bonum et malum. et tunc sunt primae opera eius bona vel mala. Sed non ita factum est in adam. imo cum vita data est ei scientia boni et mali. quasi diceret. Factus est homo corporeus. subditus deo propositus animantibus et simul viuere: et sciunt bonum et malum.

De fonte paradisi et quattuor fluminibus eius. **Ca. XIII.**

## Et fons vel flu

uis egrediebatur ad irrigandum paradysum. id est ligna paradisi. Fons potest intelligi vel abyssus. id est matrix omnium aquarum. vel fontes per syllepsin. singlas re pro plurali. Irrigare autem positum est pro ministrare humorem. Dicitur enim terra circumiacens humectari a fluminibus per tracones. id est per vias subterraneas vel per meatus. cuiusmodi sunt dijs. aut. xvj. Qui fons diuisus in quattuor flumina. Unus dicitur est phison. qui a ganges ro rege india dicitur est ganges. et interpretatur phison secundum Isidorum. caterua. quia decem flumina recipit. vel imitatio ortus. quia mutatur a facie quam habet in paradiso. Dicitur etiam secundum diuersa loca